

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Georg Dorsche Heinrich Sehlmann

**Exegesis In Augustanae Confessionis Partem Alteram Articulos Abusuum
complexam cuius Disputationem VI.**

Rostochi[i]: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740015508>

Druck Freier  Zugang



Ru. Meo 1668

Johann Georg Gotscheis
vert. Heinrich Sehmann




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740015508/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740015508/phys_0002)

DFG

32

EXEGESIS
IN
AUGUSTANÆ CONFESSIÖNIS
PARTEM ALTERAM
ARTICVLOS ABVSUVM
complexam,
cujus
DISPUTATIONEM VI.
DEO PATROCINANTE
JOH. GEORGIUS DORSCHEUS, D.
publicè proponit,
RESPONDENTE
HENRICO SEHLMANNO, RIGA-LIVONO.
In Auditorio Majori, Mensis Augusti die 28.
ROSTOCHI, Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1658.





EXEGESEOS AD ARTIC. ABUS.

DISP. VI.

AD PROOEMIUM.

CAPUT. V. & VI.

EXEGESIS

THETICA & CATA SCEVASTICA,

THESIS XI.



Ecessario inter Ecclesiam & Synagogam Romanensem, seu inter doctrinam Ecclesiae & sentinam abusuum distinguere debuerunt Augustani Confessores.

Probatur thesis I. quia Ecclesia Catholica Novi Testamenti fuit, antequam Synagoga Romanensis cum sua sentina abusum esse cœpisset. Probatur hoc ex Romanensis Synagogæ novitatibus, quas latè demonstravit D. Nic. Hunnius *traffatu de Romanæ Ecclesiæ Apostasia per adscitas novitates*. Nam t. R. Ecclesia ipso facto confitetur, sibi impossibile esse, antiquitate Apostolicam per omnia membra & capita sua doctrinæ atq; cultus ab annis 1500. vel ab initio Ecclesiæ Christi in septimum usq; seculum probatam dare. Urgent similiter isto postulato nos, ut ostendamus Ecclesiam, vel etiam unum singularem hominem, qui in omnibus doctrinæ partibus ante annos 1500. cum Lutherò fecerit. Eodem jure utimur & nos, & ab ipsis Ponti-

§. I.

X

ficijs

ficiis contendimus, ut ostendant nobis Ecclesiam particularem in ob-
be, aut virum saltem unicum, inde ab Annis 1500. vel ab initio Ec-
clesiae Christi, ubi omnia erant florentissima, vel etiam in septimum
usq; seculum, qui cum hodierna Romana Ecclesia in omnibus simul
doctrinæ partibus plene consentiat. Facimus hoc, D. Hunnum se-
cuti, tanto animosius, quod videmus, Pontificios magno conatu
jam dudum talam Ecclesiam, aut talem virum nominare conatos es-
se, sed nullam & nullum invenire potuisse. Tannerus, clamosus ejus-
modi demonstrationis postulat, I. probaturus, ante 1500. annos
Ecclesiam infallibilem Romani Pontificis autoritatem credidisse;
mera dubie autoritatis adfert, quod vel ex Anacleti, quod ipsi paliari-
tum est, testimonio liquet. vide Part. 2. *Anatom. demonstr.* 2. §. 215. & seqq.
II. Probaturus in papatu ja etatum indulgentiarum thesaurum, ne u-
num quidem ex universa antiquitate produxit. §. 217. 218. Nec Bela-
larminus quicquam pro probatione thesauri indulgentiarum, more
usitatè applicabilis, ex antiquitate adfert. III. Antiquitatem com-
munionis sub una ne uno quidem ex illa antiquitate claro testimonio
demonstrant. vide D. Hunnum p. 55. & seqq.

§. 26

II. R. Ecclesia S. scripturam, cœvetus & verum principium
salutaris doctrinæ multis modis labefactat, dum primò sacram scri-
pturam, nisi accedat autoritas Ecclesiae, non plus valutram dicit,
quam Aëlopi fabule. Fontes Biblicos V. & N. T. sub luce providen-
tiæ divinæ corruptos asserit secundò. Tertiò scripturæ expicationem
ex scriptura ipsa petendam negat. Quartò eam à sufficientia norman-
di in rebus fidei & morum dejicit. Quintò scripturam s. vocat lite-
tam mortuam. Vide D. Hunn. p. 73. & seqq. NOVA hæc sunt postula-
ta. Aliter antiquitus ipsietiam Romani Pontifices statuerunt. Ana-
stasius ita scribit ad Episcopos Germaniæ & Burgundiæ ep. 1.c.1. Aposto-
lica autoritate mandamus, dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur,
ut sacerdotes & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter
curvi, in conspectu Evangelii stantes Dominica verba intentè audiant, &
fideliter adorent. Est hoc Germaniæ & Burgundiæ Ecclesiis quidem
scriptum, Ecclesiam tamen Catholicam s. universos & singulos ob-
ligat. Quomodo ergo tanta autoritas Ecclesiae competit, ut sine ea
paria

paria Esopi fabulis sint futura divina oracula? Quomodo stabunt rescripta Pontificum, si in fontes V. & N. T. tanta influxit corruptio? Ita cap. jejunium 7. dist. 76. sibi appropriat verba Hieronymi in cap. 8. Zachar. cum ait: Cogimur ad Hebreos currere & scientie veritatem de fonte magis, quam de rivulis querere. Quomodo cap. Ut veterum dist. 9. sua fecerunt verba Augustini, qui ait: Ut veterum librorum fides de Hebreis voluminibus examinanda est, ita novorum Graci sermonis normam desiderat. Si interpretationis S. literarum ratio ex novo consilio extra eos quaerenda, quomodo Clementis R. antiquum consilium obtinebit, quod insertum cap. Relatum est, 14. dist. 37. quod habet: Dilexenter observandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis divinis, quae possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte presumit; sed fieri non oportet. Non n. sensum, quem extrinsecus adulteret, alienum & extraneum debet querere, aut quoquo modo ipsa scripturarum auctoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo ab eo oportet intelligentiam discere scripturarum, qui eam a majoribus secundum veritatem sibi traditam servavit, ut ipse posset ea, quae recte suscepit, competenter afferere. Cum ex divinis scripturis integrum quis & firmam veritatis regulam suscepit, absurdum non erit &c. Si sacra scriptura non est norma doctrinæ divinæ, quomodo antiquum Augustini monitum, quod relatum est cap. 21. quest. i. caus 24. obtinebit, qui ait: Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus, quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicentes, hoc grave, hoc leve est; sed afferamus divinam stateram de scripturis sanctis, tanquam de thesauris dominicis & in illa, quid sit grave, appendamus. Imo non appendamus, sed a Domino appensum recognoscamus. Ubi manet rescriptum Leonis Papæ, epist. 10. ad Elavianum, quod exstat c. quid autem 30. q. 3. caus. 24. quo ait: In summanam insipientiam cadunt, qui etiam ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad Apostolicas literas, non ad Evangelicas auctoritates, sed ad semetipso recurserunt, & ideo Magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Si scriptura sacra est litera mortua, ut NOVI homines loquuntur, quomodo stabit illud Hieronymi ad Eustach. proœm. comm. in Esa. quod

dist. 40. cap. si juxta 9. extat, quo ait: Si juxta Apostolum Paulum, Christus
Dei virtus & sapientia Dei est, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem
Dei, sapientiam, ignoratio scripturarum ignoratio Christi est. Cur C. Ego
solus dist. 9. ex Hieronymi ep. 19. de promptum ait: Ego solus eis scripto-
rum, qui jam canonici appellantur, didic hunc honorem timoremq; reser-
ve, ne nullum eorum scribendo errasse, audeam credere: ac si aliquid in eis
offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel men-
dosum esse Codicem, vel interpretem non assentum esse, quod dictum est,
vel me minimè intellectum non ambigam. Alios autem ita lego, ut quan-
talibet sanctitate doctrinag; pelleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita
senserunt, sed quia mihi per alios autores vel canonicas vel probabiles ra-
tiones, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Cur C. quis ne-
sciat dist. 9. ex Augustin. lib. 3. de baptismo contra Donatistas cap. 3. in
Canones relatum, ait. Quis nesciat, sanctam scripturam canonicanam
tam veteris quam Novi Testamenti tenuis suis terminis contineri, eamq; o-
mnibus posterioribus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino du-
bitari & disceptari non posse, utrum verum vel utrum rectum sit, quicquid
in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem literas, que post confir-
matum Canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte
sapientiorem tamenlibet in ea posterioris, & per aliorum Episcoporum gra-
viorem autoritatem doctioremq; prudentiam, & per concilia licere repre-
hendi, si quid in eis forte deviatum est.

§. 4.

Notamus 1. sub Episcopis contineri & Episcopum Romanum,
utpote qui & ipse est infra scripturas, non supra easdem: quod &
supra vidimus Anastasium agnoscere. 2. Aut dicendum esse, Cano-
nem V. & N.T. jam ante Innocentium I. Episcopum Romanum con-
stitutum fuisse, & ab ipsis Apostolis, si non universis, tamen longæ-
vioribus & in primis à S. Johanne, proiectissima ætatis Apostolo,
collectum confirmatumq; tanquam ultimo Critico sacro Canonico,
quod planè evincitur ex verbis Joh. 20. 21. & Apocal. 2. v. 19. in Pen-
tecade mea disputat. 10. §. 15. 16. 17. 18. Certè cum verba ista scriberet
Johannes, jam extiterunt omnes libri N. Testamenti, etiam Apoca-
lypsi inclusa. Non potuerunt autem Johannem libri, qui extiterunt,
N. Testamenti latere. Docent hoc peregrinationes illius in Asia in-
primis,

primis, ubi copia fuit scriptorum illorum. Fuerunt enim pleriq; libri N.T. in Asia & ad Asiaticas, sive Græcas, Ecclesiæ scripti, excepta una ep. ad Romanos. Johannes autem diligenter peregrinatus est in Asia & visitavit illas Ecclesiæ. Quis ergo dubiter, quin oblatæ ipsi fuerint Epistolæ, quæ penes Ecclesiæ Arabicas fuerunt. Accessit communicatio S. Johannis diligens & religiosa cum reliquis Apostolis. Extat illius documentum Gal 2 v.9, ubi Johannes, Jacobus, Petrus cum Pau-
lo communicarunt. Si vero S. Johannes in communicatione fuit cum reliquis Apostolis, fuit etiam utiq; in communicatione librorum sacerdotum. Hæc enim est potissima & maxima communicatio Ecclesiastica. Consideretur ætas Johannis. Divina utiq; providentia fa-
ctum est, quod Johannes tam grandavus, ut supra notatum, factus fuerit. Præter universalem Ecclesiæ εὐεξίαν, utiq; etiam eam ob cau-
sam, ut ille ultimo constitueret libros N. Testamenti. Autoritas Apo-
stolica in isto ætatis ejus fastigio penes eum solum residebat. Nulli enim alii supererant. Utiq; ergo S. Johannes autoritatem Apostoli-
cam, post se in hominibus non amplius dispensandam, ad colligen-
dos & discernendos libros adhibere debuit; si illi nondum collecti
fuerunt. Et à divino viro collectionem librorum N. T. factam, vel
inde probabile est, quia tantum hos libros pro Canonis commen-
dare, nullus alius ausus fuisset præter talem, qui erat θεόποιος. Quis enim, nisi Apostolicā autoritate præditus, tantum juris & po-
testatis sibi sumere potuisset, hos libros divinos potius, quam alios in
Canonem recipere? Hinc & de S. Apocalypsi, quam, tanquam pro-
pheticam delineationem farorum Ecclesiæ, S. Johannes ultimo loco
in Codice N. T. extare voluit, rectissime scribit Adamus Conzenius,
cum hæc verba Politie. lib. 9. cap. 23. §. 3. recitat, Hæc de universa scri-
ptura & economia & credendi norma tam accipienda sunt, quam de Apoca-
lypsi S. Johanni. Hoc itaq; necessario dicendum est, Canonem V. &
N. Testamenti ante Innocentium I. (contra, quam dicunt Pontificii)
constitutum esse. Aut si dicere velint, demum ab Innocentio I. con-
stitutum esse, urgebuntur gravibus in contrarium rationibus. Inha-
rent quidem illi sententiae de Innocentio I. demum circa Canonis
constitutionem occupato. Et Jacobus Billius Abbas Prunæus ad Gre-

Gregorii Nazianzeni carmen de veris & genuinis scripturæ divinitus inspiratis
Nazianzeni Catalogus libris, p. 791. edit. Antwerp. cum Nazianzenus ita recitasset libros Catalogus libb. nonicos. In divinis oraculis animo & lingua dies noctesve versare. Auf Capiticorū. enim Deus hanc laboribus nostris mercedem rependit, ut occultum quod-
dam lumen in ipsis cernamus, aut quod præstantissimum est, ut salutiferis ipsius legibus & præceptis ad virtutem incitentur, aut postremo ejusmodi
cura & sollicitudine moderatione, mens nostra à terrenarum rerum stu-
dii avocetur. Ceterum ne te alieni ac peregrini libri fallant, (multi quippe erronei libri obiter inserti sunt) verum & legitimum librorum numerum accipe. Historici antiquioris Hebræorum sapientiae libri sunt XII. Ge-
nesis, Exodus, Levitici, Numeri, Deuteronomium, Josua, Judices, Ruth,
Regum duo (Billius annotat h. l. Ad verbum, scil. in carmine Græco, No-
minus & decimus acta Regum). Ubi per nonum duos priores libros Regum,
qui Samuelis ab Hebreis inscribuntur, intelligi necesse est. Per decimum
autem duos posteriores.) Paralipomenon unus, Esdras postremus. Quinq;
versibus constant, Job, Davidis Psalmi, Salomonis tres, Proverbia, Eccle-
siastes & Cantica Cantorum. Atq; bi quinq; æquè spiritus Prophetici sunt.
Jam verò uno volumine XII. continentur, Osee, Amos, Micheas, Joel, Jo-
nas, Abdias, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias,
uno itidem volumine comprehenduntur, Esaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel.
Sic V. Testamenti XXII. libri sunt, toisidem scilicet, quot apud Hebreos e-
lementa. Numeremus jam quoq; N. Testamenti libros: Matthæus Christi
miracula Hebreis conscripsit. Marcus Italis, Lucas Græcus Magnus au-
tem ille & cœlipeta præco Johannes universus. Post Evangelia autem dein
ceps sequuntur Apostolorum acta: deinde Pauli Epistola quatuordecim,
rum septem Catholicae, Jacobi una, Petri due, Johannis rursum tres, Jude
una, qua & Catholicarum septima ac postrema est. Omnes scripturæ sa-
crae libros habes. Si quid extra haec invenitur, inter adulterinos libros nu-
merandum est. adscribit, inquam, Billius: Multi libri hic à verorū &
genuinorū Catalogo excluduntur, quos tamen Ecclesia sancta veros & le-
gitimos esse pronunciati & velut natalibus suis restituit. Sed si Gregorii
tempestate nihil quicquam de hac re pronunciatum fuerat, sequeretur,
Augustinum de Episcopis post Innocentium I. demum locutum esse.
Si hoc, Episcopi ergo anteriores autoritatis majoris erunt. Nam si

pax

ABUSUUM DISP: VI.

167

par est Episcoporum ante & post Innocentium I. ratio, & inclusi sunt etiam cathedrae Romanae Episcopi, sequitur, scripturas etiam seclusa Episcoporum vel Ecclesie autoritate superiores esse & ab illis independentes.

3. *Nova principia confirmanda*, demonstrandaq; veritatis introducunt. Sunt illa tum apparitiones angelorum & sanctorum frequentissimæ, quas novitatis accusarunt, eocq; nomine recusatunt Pontificii ipsi: Exempla habet Baronius, notans, revelationibus istis non nimis esse fidendum. ad ann. Chr. 101. §. 3. 4. & A. 604. n. 5. & A. 853. §. 61. & A. 449. §. 51. & A. 867. §. 78. Hinc tejicit visionem Adelphii ad ann. 407. n. 34. Euphemisæ post mortem decretis Synodi Chalcedonensis subscriptis. ad Ann. 451. §. 122. & visionum de Trajanô Imp. precibus Gregorii ex inferno liberato, ad A. 604. §. 30. & seq. tum Dæmonum informationes, quibus auscultant. Tannerus part. 2. anat. demonst. 9. §. 189 Canisius in op. Catech. q. 8. de religione sanct. p. ii6. & S. Baronius ad A. Ch. 713. §. 12. 13. & s. & A. Chr. 424. §. 17. ubi memorat reliquias Sanctorum prohibere à vi dæmonum. Et jubilæum à Diabolo commendatum est, cum in primo jubilæo omnes in purgatorio cruciatos fuisse liberatos & dæmones ex purgatorio expulso, ipsi metu mendacissimi spiritus confirmingant apud Abr. Bzovium, ad ann. Chr. 1300. §. 4. Novitas hæc est abominanda, diabolorum assertiones ad veritatis patrocinium advocate: tum pontificum Romanorum & Conciliorum ab his corroboratorum decreta. Noviter hæc principium fidei constitui, docet Hunnius. l.c. p. 8. 5. & seqq.

3. *Nova Media salutis* à Pontif. constitui, scil. &, bona opera, quæ quis sive juxta præcepta divina, sive per electionem propriam ex bona intentione operatur: β. publicam penitentiam & confessio- nem peccatorum: γ. jejunium: δ. proprii corporis flagellationem, ε. vota religionis, ζ. sacrificium Missæ, η. aquam lustralem, θ. oratio- nes pro mortuis, ι. indulgentias, κ. sepulturam in locis consecratis, quæ Martyribus & Sanctis quietem præbent &c. docet Hunnius à p. 91. ad p. 115.

§. 6.

5. *Novum regimen Ecclesiasticum*, tum quo ad ea, quæ Romana Ecclesia tenet, ceu toti ordini Ecclesiastico communia, ut est defini- ta ætas,

§. 7.

ta etas, corporis integritas, cœlibatas, Monogamia antecedanea, vestitus peculiari, corona capitis seu raus vertex, exemptio à potestate seculari, media vivendi ex alienis opibus, decimæ ex omnibus bonis & primitiæ: tum quoad ea, quæ de Romano Pontifice jactat, ut sunt nomina nova aut noviter appropriata, modus eligendi novus, potestas noviter arrogata, fastus novus in aula adornanda, in pedum osculo requisito, in portatione super humeros, etiam magnatum. in vestitus ornatus singulari: tum quoad ea, quæ de ordinibus Ecclesiasticis tradit, ut Cardinalium constitutio, Episcopatus & presbyteratus distinctio, Episcoporum ordo, quoad electionem, potestatem, pallium, officium; Clericalis status septuplex ordo; ordo Monasticus, quoad institutum, votum paupertatis, continentia, obediencia, varietatem &c.

§. 8. 6. Novum cultum non solum per partium in vero cultu olim non frequentatarum additionem, frequentatarum detractionem, aut transmutationem; quod factum partim infestis per additiones contaminandis, partim in sacramentis mutilandis, immutandis, abusu contaminandis; partim in oratione depravanda, dum etiam pro mortuis instituitur, dum sub aliqua necessitate ad orientem perficitur, dum processionibus solennibus sunt preces, dum per calculos & ad numerum exiguntur, dum certis horis adstringuntur; sed etiam omnino novos cultus actus & partes constituendo ut sunt nunquam olim pro sacramentis propriè sic dictis habita, recentius sic appellata sacramenta, confirmationis, pœnitentia, extremæ unctionis, ordinis sive inaugurationis, matrimonii, festa magno abusu & magno numero instituta, non tantum in Dei, sed etiam sanctorum gloriam & memoriam, eaq; per integrum annum distributa, vigiliis præviis adornata, inter quæ sunt encœnia &c. 3. Jejunia contra Christi institutum tum sub necessitate salutis urgendo, tum ad certorum ciborum abstinentiam restringendo, tum quadragesimæ annectendo, tum sabbato inculcando, tum in quatuor tempora dividendo, tum sub pœna anathematis imperando. 4. Invocatio sanctorum defunctorum & Angelorum. 5. Canonizatio sanctorum. 6. reliquiarum cultus & veneratio. 7. Imaginum religiosus cultus, 8. templorum varia ratione

ABUSUUM DISP. VI.

169

tione ad novum cultum adornatio; *dum* etiam in honorem sanctorum & angelorum ad religiosam eorum venerationem eriguntur; *dum* solenni ritu consecrantur; *dum* imaginibus adorabilibus sanctificantur; 9. altarium superstitionis erectio, quatenus sacrificio corporis & languinis Christi destinantur, lapidea eriguntur, certo & solenni ritu consecrantur, reliquiis imprægnantur &c. 10. Luminarium inconcinnia usurpatio. 11. vitiorum & hinc seculorum donariorum acceptatio, 12. peregrinationum ad loca sanctorum institutum. Hunnius à pag. 170. ad p. 30¹.

7. Varias consuetudines cultui connexas, dum partim templo asyla sceleratorum constituunt: partim circa templi supellectilem variant, dum calices Eucharisticos ad certam materiam restringunt, corporale ex lino puro confectiona urgent, altarium regumenta sub aliqua necessitate requirunt; vestes sacras eadem conditione possunt; eas à viris non consecratis tangendas negant; eas non nisi in sacrario & à personis consecratis layandas volunt. partim sacramentorum ritus noyant, tum confessionem singulorum peccatorum cum omnibus circumstantiis perceptioni S. Eucharistiae præmittendam docendo: tum incensum thuris sub missa poscendo; tum donarii oblationem in celebratione missæ requirendo; partim benedictiones superstitionis dispensant in fruges novas altari impositas, in templo, altaria, vala vestesq; sacras, in cineribus aspergendi, in cereis agni paschalis, in jubilæis, in suppliciis hæreticorum, &c. partim coniugium variis rationibus vellicant, dum de secundis nuptiis inclemens iudicant, dum gradus prohibitos nimis extendunt & ex spirituali cognatione matrimonii impedimenta configunt; partim mortuos modo antiquitati incognito curant; tum quia purgatorium confingunt, tum quia sepultura consecrata commodum in sepultum redudans assignant, tum quia suffragia viventium in emolumentum defunctorum commendant, qualia sunt sacrificium missæ pro defunctis offerendum, item sacrificia septendialia, orationes pro defunctis in purgatorio, jejunia pro mortuis, indulgentiæ pro defunctis, &c. de quorum omnium novitate luculenta ex Pontificiis testimonia habet D. Hunn. lib. cit. usq; ad pag 312.

V

Proba-

IN ARTICULOS

170

S. 10.

Probatur thesis II. quia etiam postquam Synagoga Romanensis, cum sua sentina abusum, Occidentem inundasset, tum in occidente, tum in oriente non desit Deus Opt. Max. Ecclesiam Catholicam continuare. Fuerunt ante Lutherum Ecclesiae Christianorum in Asia, Cilicia, Armenia, Palestina, Tartaria, in Insulis Orientalibus, in Persia &c. de quibus Philipp. Marnixius Adelgondius in *tabul. disser. relig. part. 3. cap. ii.* quibus Pontificis Romani dictatura parvi penditur. Tales Ecclesiae sunt etiam in Taurica Chersoneso, Africa, Aegypto, Aethiopia, &c. quondam celebratae. Sunt insuper Ecclesiae, quae Pontificis Romani in Ecclesiam prætenso dominatu cordate se opponunt, ut Ecclesiae Græcae, quae vocantur, per orientem dispersæ & aliæ. Sunt adhæc Ecclesiae olim sub Papatu pressæ, quibus tamen *Conser. dis-* jugum Papatus persuaderi non potuit. Huc pertinent communis-
ter vocati Waldenses, per Galliam, Angliam, Germaniam, Poloni-
autoritate am &c. quondam dispersi. Latissimus est in his omnibus deducen-
Ecclesiae ad- dis Marnixius à p. 144. usq; ad p. 149. In his Ecclesiis, quanquam alicu-
dictum au- bi aliqui errores deprehensi fuerint, tamen sine respectu ad Romani
gustini, con- Pontificis autoritatem & dictaturam regnum Dei habitum fuit &
fid. 6. p. 29. Ecclesia Catholica conservata. Itaque distinctio inter Ecclesiam Catholicam & novitates à Papatu superinductas omnino rectissime se habet, quæ etiam ex Disp. 5. confirmata est §. 4. p. 134.

Foreruerefut.

Male Forerus p. 48. &c. inquit: *Sires ita habet, tum in substantia, seu ipsa essentia Ecclesia Pontifica semper mansit & suis vera Ecclesia usq; ad Lutherum, & consequenter adhuc est essentialiter vera Ecclesia, cum nunc non sit alia, quam tunc. Superinductio a. situs & squaloris non fuit, nisi accidentalis, quæ ipsam substantiam non evertit. Ergo Protestantium Ecclesia hodie est falsa Ecclesia. Nam satentur, suam Ecclesiam à Pontifica essentialiter discrepare.* Aliud n. est Catholica Ecclesia, aliud Pontifica. Illa per omnia secula admirabili Dei providentia diffunditur ita, ut ne portæ quidem inferorum aduersus eam sint prævalit turæ. Matth. 16. 18. Pontifica Ecclesia autem eo ipso, quia Pontifica est, h. e. formam gubernationis & media salvationis ex dictatura Pape mutat, illi annumerari nequit. Imò vel ideo Catholica etiam esse nequit, quia particularis dūtaxat eſſet Ecclesia, etiamsi purissima eſſet.

Retene

ABUSUUM DISP. VI.

171

Retenta est fides antiqua ab illis, qui genua sua non flexerunt Romano Monarchæ, à Deo assumto, mortalium supremo; Catholice Ecclesiæ primati, conciliis jure divino prælato, velut auctori, præfidi, præsinitori, confirmatori, moderatori, judici eorum, nec falli nec fallere scienti, nec judicari à quoquam hominum valenti, à quo nulla provocatio, ad quem in rebus fidei solum provocatio, dictatori doctrinæ à Christo spirituq. sancto traditæ, depositi Apostolici servatori, interpreti scripturæ, conditori dogmatum, doctori orbis, judici controversiarum, hereticorum ultori, innocenzi ab hæresi, impolluto & à peccatoribus segregato, judici cœli in terris supremo, fonti sacerdotii, principi pastorum, legislatori universi, totius Ecclesiæ curatori, judici Episcoporum, ad quem in rebus fidei ultima provocatio, religio-nis vertici, Christiani imperii columini, servatori, undatori Regum, arbitrio orbis, indeficienti, uti vocatur ab Abrahamo Brzovio in Pontifice Romano per capp. 50. Eo ipso ergo Ecclesia Romana, quatenus Pontifícia facta est, assulmis capita destruentia & ab Ecclesia Catholica avellentia. Et eatenus Protestantium Ecclesia à Pontifícia divulsa est & ab-jicit capita à Catholica Ecclesia avellentia. Non est Tigurinorum nova illa de excusis Papatus novitatibus & retenta fide antiqua af-sertio, sed in ipsa confessione Augustana jam olim repetita.

Quid de legione Thebæa sit habendum, & anne ex illa Felix &

§. II.

Regula olim in Helvetica circa annum Christi 308. Christianam reli-gionem professi fuerint, viderit porro Joh. Jac. Ulric. Tigurinus, Thebæa.

qui de antiqua, vera & Catholica fide s. Felicis & Regulæ anno 1628. tra-ctatum edidit. Card. Baron. de ista legione agit ad annum Chr. 297. Dicitur illa ex oriente evocata contra Amantium & Aelianum tyran-nos, Romæ à Marcellino Papa ad Christianam religionem, quam ante amplectebatur, constanter retinendam animata fuisse. Firmatur legionis martyrium ex actis, quæ Eucherius Lugdunensis Episc. egre-gia navata opera quam diligentissime pervestigarit, & perquisita de-scripserit & per brevi epistola ad Sylvium Episcopum evulgaverit, Acta illa dicuntur collecta ex antiquioribus monumentis, cum pro-pè injuria temporum antiquata essent. Verba Eucherii præposita Actis Martyrum Thæborum talia allegantur. Misit, inquit Euche-rius ad Sylvium, ad beatitudinem tuam scriptam nostrorum Martyrum

passio-

passionem. Verebar enim, ne per incuriam tam glorioſi geſta martyrii ab ho-
 minum memoria tempus aboleret. Porro ab idoneis autoribus rei ipsius ve-
 ritatem quæſivi: ab iis utiq; qui affirabant, se ab Episcopo Genevensi S.
 Isaac hunc, quem protulit, paſſionis ordinem cognovisse, qui credo hac à vi-
 tro temporis anterioris accepereſt &c. Notamus; epistolam, quæ Eu-
 cherio Lugdunensi tribuitur, historiam paſſionis Thebae legionis
 hauiſſe ab autoribus ætatis anterioris: hos autores hauiſſe ab iis, qui
 paſſionem eam à S. Isaac Genevensi Episcopo accepereſtunt: S. Isaac
 cum à viro temporis anterioris accepisse, ut credit. Itaq; non fuit
 Eucherius Lugdunensis, quem in annūm Ch. 440. collocat Bellar-
 minus de script. Ecclesiast. p. 217. & ſuspiciatur petueniſſe ad Ann. 499.
 Nimiris enim antiquus pronuntiaſter Isaac Genevensis Episcopus &
 ultra Eucherium Lugdunensem plusquam duobus ſeculis collocare-
 tur, quod cum iſtius episcopatus institutione non convenit. Permitti-
 tnis arbitrii, quia Eucherius praesens non est ille ſeculo quinto nobi-
 lis, quemnam tandem illum dicere debeamus; & an unius hujus, tot
 ſeculis à re geſta distantis, fidem ſequi poſſimus? Intetum etiam
 Ulrichis deliberabit, quomodo Felicem & Regulam ex iſta legione
 fuiffe, probaturus ſit. Venantius Fortunatus ſexto ſeculo aliquo car-
 mine martyres iſtos veneratus eſt: ad quem videndus Christoph.
 Browerius è Schola Lojolæ p. 35. & ſeqq. Meiniuit eorum etiam Ve-
 nantii Synchitonus Gregorius Turonensis hiſt. Francor. lib. 10. cap. 31. in-
 fit, & de gloria martyrum. cap. 76. & ex ſeculo octavo venerabilis Beda,
 ex ſeculo nono Ado Vienensis atq; Ultuardus Monachus. Mirum
 ex ſeculo quarto & quinto inter Latinos nullum extitiffe, qui integræ
 legionis tam memorabilem cladem annotaſſet. Fuit ex oriente et-
 iam Athanasius paulo post illam ſtragem in Gallia, in qua etiam Pi-
 etavii Hilarius fuit Episcopus ſeculo quarto. Seculo quinto fuerunt
 viri ſummi, ut Ausonius Burdegalensis, & Claudio Viennensis, &
 Sidonius Apollinaris, Epilcopus Arvernensis, & Johannes Cassianus
 Presbyter Massiliensis, & Vincentius Litinensis, & Hilarius Arelaten-
 sis, & Salvianus Massiliensis, & Genadius Massiliensis, & Cælaritus
 Arelatensis, qui omnes è Gallia illustres Scriptores, tantæ tamen &
 tam illustris Martyrum Thebaeorum ſtragi non meminerunt. Con-
 fer & Magdæburgenses Cent. 4. cap. 12. p. 1444, ubi aliquæ variationes
 in il-

in illa historia adnotantur, & præter Petr. de Natalibus & Vincentii speculum nemo antiquorum allegatur.

Sed quicquid sit de legione ista Thebæa & Fausto atq; Regula; verissimum est; Papistum vel secundo vel tertio seculo, vel etiam quarto Ecclesiam nondum infecisse. Nec quicquam probat in contrarium Forerius, cum pag. 51. adducit Cypriani lib. 2. Epist. 3. ad Cæciliūm, quasi clarissime Protestantibus contradicenter, quia sacrificium in cruentum in Eucharistia statuit. Non enim loquitur de sacrificio in cruento h. e. sine cruxis emanatione Deo offerendo, sed conferendo & communicando nobis, cuius autem offerendo Deo: uti & reliquos Patres docere Anno 624. docui in Mysaria Missa cap. 4. & alibi, ubi etiam SS. Patrum testimonia dilucidavi, & cap. II. ubi fraudes Pontificiorum in supponendis Patribus detexi. De libero arbitrio nobis non contrariati vel Justinum Martyrem, vel Ireneum, vel Tertullianum, vel Clementem Alexandrinum, locorum inspectio docet, quæ manifestat, vel sermonem esse de libertate in rebus non merè spiritualibus, vel de libertate non confusa, sed per gratiam collata. Quanquam ante motam controversiam Pelagianam Patres secundus de ista materia locutos esse, ne ipsi quidem Pontificii negaverint. Confer Iliaaci Casauboni ad Annal. Baronii exercit. I. sect. I. Mon. Pontificii in taciturni exercit. I. sect. I. 2. 3. & seqq. Nec in materia de libero arbitrio variis materialibus ita procedunt circa Patres Pontificios. In materia de matre suis Patres monio Origenem rejicit Bellarminus lib. de Matr. cap. I. n. 39. In materia de decidendis controversiis Ecclesiasticis Bellarminus de verbo Dei lib. 4. cap. II. num. 20. rejicit Constantiū M. Imp. In materia de diuinis presbyteri & Episcopi Alfonſus Caſtrius lib. 6. adv. heres. tit. Episcopus. rejicit Hieronymum. In materia de libris Canonis Melchior Canus Episcopus lib. 2. Loc. comm. cap. II. §. secundum. & §. At Hieronymus. rejicit testimonium Hieronymi. In materia de Idololatria repudiat Gregorius de Valentia lib. 2. de Idololatria. cap. 7. n. 24. & Alfonſus Salmet. in I. Job. 5. cap. 33. circa finem autoritatem & factum Epiphani. In materia de transubstantiatione non admittit Gregorius de Valentia lib. I. de transubst. cap. 2. num. 12. testimonium Johannis Constantinopolitani. Sic in materia de corporibus celestibus sententia Chrysostomo.

Sostomi & Ambrosii, quibus, ut Sextus Senensis Bibl. S. lib. 6. n. 243.
Joquitur, omnes ferè Græci Patres consentiunt, omnes Theologi
Pontificii adversantur. In materia de prædestinatione omnium Græ-
corum Patrum, nec paucorum Latinorum sententiam refutat Pere-
rius ad Rom. 8. disp. 22. n. 106. & 109. & disp. 23. n. 111. & Azorius Tom. I. Mo-
ralium lib. 2. cap. 17.

S. 13.

Justinus Sic mentitur Forerius, cum dicit, *transsubstantiationem tradidit*
Justino Martyre Apolog. 2. Irenæo lib. 4. cap. 3. & 34. & lib. 5. c. 2. Ter-
Martyr non tulliano contra Marcion. cap. 40. Ita sonant verba S. Justini in Apo-
tradit translogia 2. ad Antoninum Imp. & filios ejus Augg. post alia de ritu beatifica-
substantia-
Eucharistiae: *Neg. n. ut communem panem, neg. ut communem potum*
hæc accipimus, sed quomodo per verbum Dei Jesus Christus noster incarnatus carnem & sanguinem pro salute nostra habuit: sic & alimentum hoc,
ex quo sanguis & caro nostra per mutationem aluntur, prece verbi ab ipso
profecti consecratur, ipsius incarnati Jesus Christi carnem & sanguinem
esse, edociti sumus. Quis ex his verbis transsubstantiationem, nisi Papi-
fimo infectus, colligat? Quomodo sequitur: *Panis & vinum prece*
verbi ab ipso profecti consecratum, ipsius unigeniti filii Dei incarnati caro
& sanguis sunt: Ergo sunt per transsubstantiationem. Cur non po-
tius concludo: E. panis est corpus Christi per unionem sacramenta-
lem. E. vinum est sanguis Christi per unionem sacramentalem? Imo
ideo potius, quia transsubstantiatio alias in mysteriis divinis plane
nulla est; quia nulla clara revelatio, neq; vis verborum id cogit, ut
in vindiciis ad c. 4. Ex. ostendimus: quia patris & vinum sive calix di-
serte dicuntur *natura corporis & sanguinis: quia in sacramentis*
alias res visibilis non mutatur: quia Justinus Martyr. disserre, yevina &
*tamen, præsentiam corporis Christi cum pane, & sanguinis domini-
ci cum vino præsentie naturæ divinæ apud humanam in Christo com-
paravit. Nec Petrus Halloix de vita & documentis Justinis Martyris cap.*
*16. p. 94. & seqq. cum copiose de hoc Justini loco agit, ad translub-
stantiationem progreditur. Eadem est ratio verborum Irenæi. Ille*
nämq; postquam lib. 4. cap. 34. p. 363. dixisset; Oportet nos oblationem
*Deo facere & in omnibus gratos inveniri fabricatori Deo, in sententiapu-
ra & fide sine hypocrisi, in spe firma, in dilectione ferventi, primicias earū,*
que

Irenæi locus
exponitur.

ABUSUUM DISP. VI.

175

quæ sunt ejus, creaturarum offerentes. In hanc oblationem Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura ejus: dicit de Judæis & hæreticis, quod illi eo mododeo offerre nequeant panem & vinum, ut cum eo corpus & sanguis Domini Iesu nobis communicetur: Iudæi quidem, quia spreverunt Salvatorem: heretici autem propter monstrorum opinionum, quæ de Patre filioq; habent, quibus se ita implicant, ut quid huic vel illi tribuere debeant, nefciant. His in hanc sententiam dictis, addit Irenæus: Quomodo autem constabit illis, scil. hæreticis, eum panem, in quo gratiæ actæ sunt, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis ejus, si non ipsum fabricator mundi filium dicant, id est verbum ejus, per quod lignum fructificat, & desfluent fontes, & terra dat primum quidem fœnum, post deinde spicam, deinde plenum triticum in spicam? Quomodo autem rursus dicunt, carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, si à corpore Domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo, quæ predicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistie, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei, quæ sunt ejus, congruenter communicationem & unitatem predicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim qui est à terra panis percipiens vocationem Dei, iam non communis Panis est, sed eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti, sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilita, spem resurrectionis habentia. Rursus ex Irenæo quoq; non fas est colligere: Panis gratiæ actis est corpus Domini in sacramento cœnæ: E. est per transmutationem substantialem. In eandem sententiam planè loquitur Q. S. Florens Tertullianus lib. 4. adv. Marcionem cap. 40. p. m. 449. cum ait: Professus Jesus, se concupiscentia concupisse locus exponebat Pascha, ut suum, (indignum enim ut quid alieni concupisceret Deus) accepit panem & distributum discipulis suis corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum, dicens, id est figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Ceterum vacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis? Faciebat ad vanitatem Marcionis, ut panis crucifigeretur: Cur autem panem corpus suum appellat & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, ve-

terem

terem fuisse illam figuram corporis Christi, dicen^ts per Jeremiam. Adversus me cogitarunt cogitarum dicentes, venite conspiciam lignum in panem ejus, sc. crucem in corpus ejus. Itaq; illuminator antiquitatis, quid tunc volueris significasse panem, satis declarat, corpus suum vocans panem. Sic & in calice mentione testamentum constituens, sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmavit. Nullius enim corporis sanguis potest esse, nisi carnis. Nam si qua corporis qualitas non carnæ opponeatur nobis, certè sanguinem nisi carnæ non habebit. Ita consitit probatio corporis de testimonio carnis, probatio carnis de testimonio sanguinis. Rursum nefas concludere, Christus panem corpus suum fecit. E. fecit per transubstantiationem. Addit enim Tertullianus, quod per figuram fuerit corpus Christi. Non autem Tertullianus censet, panem fuisse dictum figuram corporis Christi non præsentis, aut nondum existentis, sed præsentis, verum glorificati jam, aut divina maiestate gratiæ utentis. Est enim communicatio præsentis corporis Christi, actus Christi, maiestate præsentæ gratiosæ utentis. Quia igitur corpus suum Christo in Eucharistia præsens sicut ad gratiosam operationem sacramentalem, non in specie propria, sed in specie panis, ideoq; Tertullianus panem interpretatur figuram corporis Christi; figuram autem non veterem, quæ corpus Christi non præsens sistebat, sed novam, plenam figurato. Unde panis est communicatio corporis JESU, qualis nulla est vetus figura.

§. 14.
Ignatius
explicatur.

S. Ignatius in ep. ad Magnesianos, cum dicit, fugiamus morte & eligamus vitam; nobis non adversatur. Sribit n. Magnesianæ ecclesiæ, quam benedictu per gratiam Dei Patris in Christo Iesu Salvatore nostro Ecclesiam in inscriptione evocat: cuius charitatem dicit erga Deum esse bene ordinari &c. conf. Nicol. Vedelium in exercitat. ad ep. Ignatii 2 cap. 1. pag. 65. Eundem in ep. ad Trallianos, quam citat Eusebius lib. 3. hist. Eccl. cap. 30. traditionum non scriptarum patronum non esse, ex verbis ab Eusebio adductis liquet. Ita enim illa se habent: Ignatius hortatus est, ut Apostolorum traditionibus mordicus adhaerescerent. Quidquidem asseveranter testificatus, quanto posteriori reservaretur, necessario scriptu mandandam existimavimus. Verba græca ita habent: οὐδὲν γένεται ἀπειλή εἰσεθεῖ τὸν Αποστόλων θραύσσεται, ην ὑπὲρ αὐτοφαλέσσεις, καὶ εὐχαρι-

τησ

ABUSUUM DISP. VI.

Φων ἡδη μαρτυρόμενοι Αλετυπόδοται αὐαγκαῖον ἡγέτο. Prius & præcipue monuit, firmissimè & tenacissimè (tam tenaciter & firmiter ue serra defecare neguerat, inquit Henr. Steph. T. 3 p. 554.) habere Apostolorū traditionē, quam ad majorē firmitatē & in scriptis adhuc testificans exprimi necessarium judicabat. Certe scripsit iste Ignatius post constitutum jam canonem & omnes libros Apostolicos & Canonicos Novi Testam. existentes. Aut igitur non loquitur de *Canone dogmatum* ad salutem pertinentium, & sic impertinenter à Bellarmino adductus, & à Forero exscriptus est: Aut si etiam suas epistolas existimavit necessarias esse adeo, ut scripto conservandæ sint, multo magis scripturam in *Canone dogmatum* necessariam judicabit.

Quod Constantinus M. pio affectu crucem Dominicam sit profectus, quod basilicas & templa Apostolorum & martyrum memorias insigniverit, quod SS. Martyrum reliquias & sepulchra, tanquam admiranda monumenta virtutis supernæ in illis exercitæ variis modis exornaverit, quod imagines Salvatoris, Johannis Baptista, Apostolorum & aliorum Sanctorum ad commemorationem divinæ virtutis uberrimæ per illos viros dispensatae exposuerit publicè, quod corporis castigationes, jejunia, vigilias, orationes & alia pietatis exercitia instituerit, quod ministris Ecclesiaz potestatem remittendi peccata concederit, non facit, ut probetur, Constantimum M. Papino patrocinatum fuisse. *Misse sacrificium* in Synodo Tyria tempore Constantini M. celebratum fuisse, Brerlejus & alii, quos citat Forerius p. 53. ex lib. 4. de vita Const. cap. 45. Eusebii probare sat agunt. Et Christophorussonus interpres Eusebii ad marginem h. l. addit: *Misse sacrificium*. Ita loquitur interpres ille: *Interea sacerdotes & precebus & disputationibus hanc celesterrimam ornarunt solennitatem. Jam alii divini regis præclararam in servatorem benignitatem prædicabant; simul etiam oratione prosequebatur sumnam sacræ Martyrum ædis magnificientiam; alii celebri rerum divinarum apparatu, qui è sacris monumentis depromebatur, præsentibus convivium, quo & animum & aures dapi bus & reliquo deliciarum genere pascerent; instruebant: alii sacras lectiones interpretantes abditos & occultos sensus in lucem proferebant; alii qui horum nihil poterant efficere, incurruntis sacrificiis & mysticis conse-*

§. 15.
Constantini
M. dogmati
probata.

Z

cratione

erationibus divinum numen placabant & supplices Deo preces pro communione pace, pro Ecclesia Dei ipsorum Imperatore, harum praelarissimarum rerum autore, pro quo eis Deo charis liberis offerebant. Ut per incruenta sacrificia & mysticas consecrationes sacrificium missaticum intelligamus, nulla nos necessitas adigit. sed videamus Graecum textum: οἱ δὲ Ἰησοὶ λειτουργοὶ εὐχαῖς ἀμαρτίαις τῷ Διαλέξεσθαι τὸ εὐρτὺν καπνός μεν: ἄλλοι δὲ ἐρμηνεῖσθαι θεῖων αναγνωσμάτων ἐπαιέντο, τὰς δότορότας διπορφλύτοντες θεωρίας: οἱ δὲ μὴ Διαλέξεται τῶν χωρῶν ὁικεῖς θυσίαις αναμάκτοις καὶ μυστικαῖς ἱερεργίαις τὸ θεῖον ιλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐρήνης, ὑπὲρ τῆς σπουληγοίας τὴν θεῖαν, αὐτοῦ τε βασιλέως, ὑπὲρ τοστάτην αἵνεις, παῖδων τοῦ αὐτοῦ Θεοφίλων ἵετηρείς εὐχαῖς τῷ θεῷ ταφεσαναθέεσσι. Ut sinceritatem interpretis videamus, reddam de verbo ad verbum. Quidā verò Dei ministri precib⁹ & disputatio- nibus festivitatē ornarunt: alii verò interpretationes divinarū lectionū se- cerunt, absconditas & abstrusas contemplationes detegendo: alii quib⁹ per talia ire non liquet, sacrificiu incruentu & mysticu sacris operationib⁹ Deum placaverant &c. Vide quid interpres intrulerit in textum, quod in fontibus non appetat. Sanè nullā ratione sequitur: Sunt θυσίαι αναμάκτοι & μυστικαὶ ἱερεργίαι: Ergo sunt sacrificium mysteri- um Missæ. Mystica sacrificia & mysticæ hierurgiæ fuerunt in cœribus divinis etiam V. T. ante Missam. Male conscientiæ suæ consu- lit Forerūs, cum ita allegat.

§. 16.

Rectissimè insuper dici potest, Ecclesiam veram, qualem Pro- testantes desiderant, latitasse quasi in solitudine, in mundo tamen fuisse. Nebula Ecclesiam subinde obruunt, de quibus & Eusebius lib. 8. c. 22. paulò ante descriptionem temporum Constantini queritur: *Divina, inquit, iustitia peccati ultrix, pro pastoribus ovium & gregis Christi ratio- nalis, cui parum prudenter & considerate præsuerunt, non modo camelorum (quod est animalis genus cum rationis expers, tum maxime natura incurvatum & deformē) curatores effecit, illiq; quasi debito illi supplicio addixit, verum etiam equis imperatorum alienis destinavit.* Et post. Ambitione honorumq; cupiditate multi eorum flagravunt: temere & con- tra leges mang nonnullis imposuerūt, inter ipsos fidei confessores schismata,

que

ABUSUUM DISP. VI.

179

que mala nuper quida seditioni contra Ecclesiam membrum, que reliqua erant, dum novas res, unam post aliam, exagitare laborabant, toto pectori, ut dicuntur, machinati fuerunt, inclementerque asperis persecutionis calamitatibus obrueruntur, mala denique malis exaggerarunt. Unde non adeo praeceps accipendum erit, quod scribit Hieronymus Almonacirius Hispan. in Cant. Cani. cap. 5. p. 45. Augustissimi Ecclesiae regni caput aurum de statibus optimum appellatur, primae etatis respectu, que ab ascensu Christi in coram Ecclesiae diuisum usque ad Constantini Christianissimi Cesaris imperium feliciter decursum finitus dicitur. Fuere namque secula illa felicissima & vere aurea, primum sub Apostolo cursus, Iulio & Apostolorum discipulis, Dionysio, Jerotheo, Ignatio, Polycarpo, Clemente; deinde sub Justino Martyre, Quadrato, Aristide, Ireneo, Clemente Alexandrino, aliisque heroibus, qui tempora illa felicissima reddiderunt. Habuit caput hoc oculos columbarum, h. e. doctores sacrarum scripturarum praestantes, qui instar columbarum ad limpidos rivulos scripturarum diversati, super plenissima divina sapientia fluenta jugis studio residebant. Cerneret in hoc capite capillos tali capite dignos: catus inquam sanctissimorum hominum, copiosos bonarum memantium greges, choros virginum, cuneos Martyrum, qui ab omni humano sensu alieni, celestem vitam in terris meditabantur & agebant. Nigri tamen dicuntur, quasi corvi, quia et si vita puritate & morum integritate nitescerent, victu atque habitu contenti tenui, tamen sibi nigri & peccatores esse videbantur, &c. Succesit huic primae etatis post Constantini obitum secunda, que usque ad Gregorium Papae tempora protenditur. Tunc namque pace Ecclesia redditia per Constantium, regnum Christi longe lateque sunt propagatum, & non solum quocunque Romanum patebat imperium, sed etiam ad remotissimas terrae oras & ad feras barbarasque nationes delatum. Unde videtur regnum illud per pectus, brachia, ventrem femoraque representari. Et quanquam in tanta illius regni tranquillitate debuit florere virtutumque maxima incrementa capere, tamen nescio quomodo rebus in deteriori sensim paulatimque labenteribus, jam status ille non aureus sed eburneus appellatur. Cœpit namque fulgor ille ardenterissimae charitatis non nihil obscurari, quanquam doctrinæ & sapientiae puritas maximè vigeret, que per ebur optimè exprimitur. Reinebat præterea seculum illud multa de pristina illa & Apostolica morum integritate; unde pectus, brachia, manus, venter & femora, auro, gemmis,

Z 2

hyacin-

Hyacinthus & sapphiris distinguebantur. Et post secundae huic post tempora Gregorii Magni successit tertia, a prima & secunda multum degenerans, quam sponsa in cruribus lapideis nobis adumbravit. Nam quantum distat marinus ab auro & ebore, tantum, in modo mulio magis, hujus etatis homines, ab illis Apostolicis & secundae etatis viris degeneraverunt: cum in hoc seculo tertio praeter quandam fideli firmitatem & in religione constantiam, sed, ut marmor, frigidam atque lapideam, virtutum, praesertim charitatis & earum quae charitatem comitantur, penuria sit maxima. Evanescere jam pristina illa divinarum virtutum ornamenta, languent & emortuæ sunt in nobis actiones honestæ, speciem tantum & personam virtutum seclamur, supersuntque paucissimi singulari Dei beneficio, in quibus manent pristinæ illius etatiæ aureæ & eburneæ vestigia & semina. Sed bene habet, quod crura lapidea bases aureæ sufficiunt: post tertiam namque etatem, quæ usq[ue] ad tempora Antichristi est duratura, sequetur etas quarta & postrema, quam sicut primam vere auream possumus asseverare, in qua Deus Spiritus sancti dona copiose impartiatur, & pristina illa Christiana, justitia & charitas aurea, quasi longo postliminio in Ecclesiæ solum eritum est redditura: redibit vero, ut Christianus populus pericula illa maxima, quæ ipsi ab hostibus dominicus & externis impendent, possit evincere, maximè hostem illum potentissimum humani generis Antichristum. Hæc vero arma, quibus ille superandus est, non sunt carnalia, sed potentia à Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes & omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei. Tunc Hebreus populus multù jam annis in perfidia sua & cœco errore versatus, Dominum nostrum Iesum Christum, suum & humani generis redemptorem agnoscens, in Ecclesiæ gremium seipsum recipiet: Id quod & olim Prophetæ, & quedam Novi Test. oracula aperte testantur &c. Hæc Almonacirius. Cujus de ultima illa & universalis Judæorum conversione in fine seculi futura assertionem, suo loco examinandam asservamus. Accepimus autem quod de declinatione Ecclesiæ post Gregorii M. tempora prodidit. Dicit, tertio Ecclesiæ seculo maximè degenerante, quandam fideli firmitatem & in religione constantiam futuram, virtutum autem & præcipue charitatis decrementa futura maxima. Si quedam fideli firmitas & religionis constantia futura est, ergo non plena & nota.

Ergo

Ergo fides etiam & religio aliquo modo in terra hac Ecclesiae ætate contaminabitur.

Sed quid ex adverso Foreris? I. Si ante Lutherum Papatus non fuit Ecclesia, sequitur illos, qui cum protestantium fide in Papatu latuerunt, à nulla Ecclesia fuisse spiritualiter genitos, nec ullam legitimam matrem habuisse, adeoq; nec Dei filios, nec salvatos esse, quod absurdum. At prima. S. 17.
 Foreri im
 Protestantes tales tum Ecclesiam Papisticam non habuerunt matrem, si illæ non fuit Ecclesia, ut ipsi dicunt. E. aliam, quam Papisticam. Quero igitur, utrum illa alia, quæ ipsos genuit, Mater, fuerit Ecclesia, an non? Si non, protedit argumentum. Si ita, ergo mediante prædicatione verbi, & sacramentorum legitima administratione ipsos genuit. Ergo non latuit, nec occulta, sed cognita fuit. Est enim impossibile, ministerium matris ab Ecclesia exercerii ita latenter, ut non plures sint consciū. Sed præter Papisticam nullam nominare possunt. Ergo tandem, nolim, velint, ad Papisticam devenient, & illam Ecclesiam esse admittent. Præsertim cum totū in mundo notum sit, Protestantium majores & antecessores à Papistis in fide & sacramentis Papisticis, Papisticoq; ritu administratis genitos, nutritos & educatos esse. Relp. I. Paparus ut sic neminem virquam ad vitam æternam regenuit. Quod autem in Papatu adhuc superfuit & sub Papatu incessibili divina benignitate conservatum fuit, id regenuit & sustentavit ad vitam æternam, quibuscunq; communicatum fuit. Hoc modo per baptismum regenerati & ad sempiternam beatitudinem conservati fuerunt ejus ætatis homines, qui nondum inquinamenta Papatus in animum recipere potuerunt. Hoc modo etiam hodie in Italia, Hispania & alibi, ubi Papatus regnat multæ myriades sunt vera regeneratorum, ipsum Papatum & τὸ βάπτισμα βδελύγματα ejus non agnoscentes. Sub Papatu sunt, non de Papatu. Et horum respectu Ecclesia vera non latuit, neque etiam nunc extra Protestantium Ecclesiæ latet. Sunt sub Papatu infiniti simplices, qui, quomodo Papatus sacramentis initiationis & foederi divino in eo facto repugnet, quomodo symbolo Apostolico, quomodo orationi dominicæ, quomodo remissione peccatorum & clavibus regni cœlorum relucent, non intelligunt, & ingemiscunt super αὐτοῖς, quilicet extrinsecus communicent, interim firmiter ele-

IN ARTICULOS

mea Christianissimi retinent, & quisquiliis additamentorum reje-
ctis salvantur. Hos omnes oculis usurpare impossibile est. Licet in-
ter Pontificios versantibus multi tales occurrant. Sunt sub Papatu
agonizantes plures, qui in luctam temptationis rapti, ubi Papatus ar-
ma parum ad eluctandum conducere vident, tandem rejectis illis
stramineis & arundineis præsidii & in ipsa flagranti lucta combustis,
sola fide tuta, meritum Christi amplectuntur & illi involvuntur. Et
hos Deus novit. Licet interdum etiam in apricum veniant homini-
bus conspicendi. Sunt ad hæc sub Papatu nobiles plurimi Confesso-
res, plurimi martyres. Deniq; sub jugo Papatus fuerunt plurimi lu-
gentes, & statum Ecclesiae sub ista tyrannide deplorantes. Quireve-
ra soli Deo cogniti sunt. Hos futuros sub Antichristi jugo plurimos,
sunt qui ex Pontificiis asserunt. Hinc ad argumentum patet respon-
sio. Qui ante Lutherum fuerunt Papatu non inquinati, aut ab ejus
inquinamentis divinitus liberati, illi ad Ecclesiam, quatenus latere
necessæ habuit, pertinuerunt. Ad illam Ecclesiam fuerunt spiritualiter
regenerati. Ad illam Ecclesiam, quatenus & quamdiu tales, per-
tinuerunt. Imo ab illa Ecclesia quatenus bona ei soli competentia in
exercitio adhuc fuerunt, beneficium regenerationis consecuti sunt.
Itaq; consequentia nulla est: *Si ante Lutherum Papatus non fuit Ecclesia,*
sequitur illos, qui cum Protestantium fide in Papatu latuerunt, à nulla Ec-
clesia fuisse spiritualiter genitos, nec ullam legitimam matrem habuisse,
ad eog, nec Dei filios, nec salvatos esse. Etiam si enim Papatus non fue-
rit Ecclesia, non tamen necessæ fuit, eos, qui cum protestantium fide
in Papatu latuerunt, à nulla Ecclesia fuisse spiritualiter genitos. Nam
fuerunt ab illa Ecclesia spiritualiter geniti, cui Papatus incubuit. Neq;
tamen eousq; incumbere potuit, ut omnem vim spiritualiter gene-
randi intercepit. Qui ita spiritualiter geniti fuerunt in adolescen-
tia, nec postea formaliter comunicant inquinamentis Papatus, per sin-
gularem divinæ benignitatis dispensationem, illi hactenus ad veram
Ecclesiam pertinent, & quam diu tales, de salute sua certi sunt, etiamsi
lateant vel Papatum, vel quosvis alios. Habent ergo legitimam ma-
trem Ecclesiam, quæ ipsos in aperto spiritualiter genuit, in absconde-
to nutrit, fovet & in sancta cum Christo communione tuetur, & fa-
cit,

cit, ne fē inquinamentis seculi contaminent. Sunt itaq; Filiū Dei, &, nisi scorrentur cum Papatu, salvantur. Et falsum esset, si vel maximē totus mundus asseveraret, nos̄tros Majores & Antecessores omnes à Pa-
pistis, in fide & Sacramentis Papisticis genitos, nutritos, educatos fuissent.
Nam fuerunt ante Protestantes, qui Papatui contradixerunt, nec Pa-
pistæ dici potuerunt. Fuerunt etiam ingemiscentes & plangentes
super corruptum Ecclesiæ statum quam plurimi. Nec qui per omnia
Papatui erant addicti, quamvis per baptismum genuerint Dei filios,
genuerunt Papistas, quatenus Papistæ, sed in virtute institutionis do-
minicæ. Falsum ergo iterum est, omnes Protestantum majores in
fide ac sacramentis Papisticis genitos fuissent. Idem de nutritione &
educatione dicendum est.

Pergit Forerius & II. ita argumentatur: *Si Papatus non fuit Eccle-*
§. 18.
sia, vel idē non fuit, quia nihil habuit eorum, quæ necessaria sunt ad Eccle-
Forerii impu-
siam, vel quia non habuit omnia, sed in aliquibus Essentialibus seu funda-
gnatio
mentalibus defecit. Prius non potest dici, quia satentur Protestantes, Pa-
patum habuisse sufficientia media salutis: nō posterius, quia nulla est Ec-
clisia, quæ ab altera gravissimorum defectuum fundamentalium non accu-
fatur. Resp. nemo nostrorum concedit, Papatum ut sic & suo toto Repellitur,
complexu consideratum, ullum articulūm fidei interieratum reli-
quisse. Interim divina beneficentia sub Papatu multa bona relictā
tūt. Horum virtutem Papatus enervare aggressus est, sed non po-
tuit, quod voluit, absolvēre. Errores autem, quos Papatus invexit
in Ecclesiam, ita sunt comparati, ut eorum dominium in vera Eccle-
sia esse, & à vera Ecclesia foveri nēqueat. Vanum est, quod dicit For-
erius: idē Papismum propter errores non posse negari esse veram Eccle-
siam, quia etiam Lutherani Calvinianis & Calviniani Lutheranis, & Pon-
tificii utrisq; objiciunt fundamentales errores, quā ratione nulla in terris
esse Ecclesia Christi. Nam objicere Ecclesiæ fundamentales errores
non facit, quo minus sit vera Ecclesia. Nos ex confessis agimus con-
tra Papatum, dum nullum articulum fidei, quem à Papatu pressum
esse conquerimur, talem esse deprehendimus, ut non sub Papatu ha-
buerit defensores aliquos & vindices, ne dicām de amplectentibus.

Nec est

§. 19.

Nec est, quod III. objicit Forerius, obscurum, quod dicimus
Foreri impu Ecclesiam nostram in Papatu fuisse. Neq; ea est sententia, nostram
 gnatia III. Ecclesiam in ditione tantum Papistarum & inter Papistas civiliter fuisse,
 absq; ulla externa religionis communicatione, adeo ratione religionis o-
 mnino Papistus incognitam fuisse, ut sic rectius diceretur, illam extra Papa-
 tum fuisse. Satis enim dictum est, in Papatu & sub Papatu multa ad-
 huc superfuisse, ex quibus, etiam non attento Papatu, filii Dei effi-
 ci & conservari potuerunt, quod non posset fieri, si non aliter esset
 sub Papatu, quam Christiani sunt sub jugo Turcico. Neq; sequitur:
Si sub Papatu fuerunt media salutis, male facere eos, qui negant Papatum
fuisse Ecclesiam. Ibi n. est Ecclesia, ubi sunt salutis media. Confundi-
 tur namq; Papatus & regnum iniquitatis cum Ecclesia. Sub papatu
 fuerunt salutis media, sed non à Papatu, verum à divina providentia.
 Non fuerunt sub Papatu, ut ab eo dependentia, aut illi commissa.
 Itaq; Papatus non est Ecclesia. Sicut sub Pharisaismo fuerunt vere
 credentes V. T. licet non fuerit inter vere credentes, & Pharisaismū
 identitas. Et hoc idem loquitur Doctor noster Osiander, quem Fo-
 rerius frustra attackat. Neq; verum est, quod ait Forerius p. 60. quod quā
 sub Papatu latuerant, quos Latibularios vocat, quoad externā professio-
 nem, se gesserint pro Papistis, licet intus aliud crederent. Id verò esse im-
 piam & Deo execrabilem religionis simulationem & hypocrisim. Non n-
 ecessē fuit, ut se gererent pro Papistis. Potuerunt enim communica-
 care iis, quæ ad Ecclesiam pertinent, etiam si ipsam Papatus Mephy-
 tim non attingerent. Id licuit facile, antequam Inquisitio hæreticæ
 pravitatis introducta fuit. Si permisit Deus tot millia Judæorum in
 Hispania, qui alias primicias Christianismi suscepserunt, postea tñ.
 cum reverterentur ad Judaismum, adeò sub Papatu longissimo tem-
 pore in relapsu ad Judaismum ruta esse, nec non nisi sero demum de-
 regi: ecce non operatus fuisset, ut quam plurimi religionem Chri-
 stianam purius amplexi conservarentur, non amplexi Papismum,,
 qui nova adversus Christianam religionem molitus est. Nondum
 articuli fidei erant monstra illa dogmatum, quæ à Concilio Tridentino imposita fuerunt. Sed bene novit Forerius, per Pontificiam Ec-
 clesiā dispergi in variis orbis partibus nostræ confessionis homi-

nes

nes non paucos sine inquinamento, si prudentius agere velint. Quanto magis Papatus cum sua ceremoniarum mole à quam plurimis ante Lutherum declinari poterat. Neq; simulatio hæc est execrabilis, ubi extra casum, quo jure queritur, non contradicitur erroribus. Admittit enim contradictione illa modum & limites. Qui vero penitus de contradictionibus, quibus à Papismo Christiana religio concurrit, non ratiocinaarunt, de illis bene sperandum censemus, ut diximus.

Regerit Forerius p. 61. In rebus fidei nullum metum posse esse tantum, qui excusat scientem in casu, ubi necessaria est fidei confessio: itaque qui ex metu non contradixerunt Papatu, eos excusari non posse: Ignorantiam etiam tam crassam in simplicioribus non esse presumendam, quia fuerunt æque sapientes ac nos. Sed quoad 1. dicimus, metum illum fuisse imperfectionem, in se damnabilem; Deum tamen ex magna miseratione condescendere meticolosis & condonare imperfectionem. Ita de Nicodemo ad Joh. 3.1. Cyrillus Alexandrinus tom. 4.p.145. in translatione differit. Promus est ad fidem Nicodemus, sed pudore non bono vi- De Nicode-
mo Cyril-
lus & gloriae humanæ studio liberè loqui non audet, sed anticipi sententia Alexadrini,
distrabitur, ac in proposito claudicat, & utroq; ut scriptum est poplite labo-
rat, partim conscientiae stimulis ad credendum ob miraculorum magnitu-
dinem adactus, partim ægrè ferens principatu illo quem in gente sua habe-
bat (erat n. Judæorum Princeps) excidere. Existimans autem posse digni-
tatem illam apud suos servare & Christo clam adhædere, venit ad Jesum
noctis tenebris consilium celans & anticipitem animum clandestino illo ad-
ventu prodens. Joan. Chrysostomus hom. 23 in Johann. ita ait. Nico- J oh. Chry-
demus tunc affiebatur quidem Christo, non tamen ut oportebat, nego quo softomus.
debebat animo, sed adhuc Judaica imbecillitate detinebatur: ideo nocte
venit, quia interdiu formidabat. Sed clementissimus Deus, nego, objurgavit, neq; indignum sua duxit doctrina, sed multa eum mansuetudine
alloquitur, & arcana aperit, obscurè quidem, aperit tamen, quippe quem
longè magis venia dignum existimavit, quam qui malitia per contabatur.
Illi enim nullo pacto poterant excusari; hic etsi reprehensioni, non tanto
tamen, erat obnoxius. Rupertus Tuitiensis Abbas Comm.h.l. ita scri-
bit. Quid gratiæ, quid bona & prædicande indolis Nicodemus habet, quod
venit ad JESUM noctu? O laudabilis lictor & venerabilis executor, mul- Rupertus
Abbas.

tum dissimilis Iudeus; querum Princeps erat, & Phariseus, ex quibus erat, qui miserunt ad comprehendendum illum nocte, ad quem audiendum ille venit nocte, ut audiret Jesum sine turba, cui JESUS semeiusum non credebat. Illi horae suamaleficii sunt, & potestate tenebrarum: hic doctrinæ apicum nocturni silentii bene captavit otium. Et illi quidem comprehendendo & ligando amiserunt Salvatorem Christum; hic interrogando & audiendo invenit & tenuit Christum Dei verbum. Igitur homo hic erat Princeps Iudeorum: ipsi autem Iudei erant genimina viperarum. Erat hic ex Pharisæis secundum nomen sicutem dividentibus & à Deo divisi: sed ab illis exiens unus adhæsit, uni verbo Dei se conjunxit. Unde & contigit illud vox sapientie prolatum beatitudinis præconium: Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas &c. Nicodemus enim ad fores sapientie vigilavit totus oculus, non minus animi, quam corporis, nocte una bic ad fores eius humano diei clausas vigilavit. Annon sapientia domus erat illud incarnati verbi corpus, de quo paulò ante dixerat Iudeis eadem sapientia habitatrix eius, solvite templum hoc, & in tribus diebus edificabo illud? Annon clausæ erant domus vel templi hujus fores illus maxime irreverenter pulsantibus &c. Consentit Franc. Toletus b. l. cum ait: Propter metum Iudeorum, cum esset princeps, non ausus est publicè venire ad Christum, sic ut etiam dicitur Job 12. Multi ex Principibus crediderunt in eum, sed propter metum Iudeorum, non confitebantur. Et Job 19. Joseph erat discipulus Christi, occultus eni propter metum Iudeorum noctu venit. Quamvis enim nondam Iudei decretum de exerciendis è synagoga Christum profidentibus edidissent, tamen eos jam ipsi insensos & odio in eum ferri constabat. Christum etiam conficeri, vile & contemptibile inter eos reputabatur; quam etiam de causa, maxime quia Nicodemus doctor erat, eum pudebat palam ad Christum venire, noctu accessit.

§. 21.
Quid Casus tradant de necessitate confidendi veram religionem?

Negamus autem, quod etiam existentibus sub Papatu sub aliqua necessitate incubuerit contradicere ejus erroribus publicè omni tempore. Disputant de hac re Casistæ, quos Föerus debuisset consulere. Casus vel tempora, in quibus obligat præceptum confidendi veram religionem, si requiraris, haec sunt. I. quando quis in odium fidei interrogatur. II. quando ex confessione fidei probabiliter creditur futura conversio infidelium, vel confirmatio fidelium. III. quando ex-

ABUSUUM DISP. VI.

187

do ex silentio ad interrogata subtraheretur honor Deo debitus & fides infirmorum debilitaretur, vel nos ipsi versaremur in periculo abnegandi fidem: IV. quando compellimur præstare actum religionis, quo præstito abnegaremus fidem verbo vel facto. Possunt quatuor hi casus ad duos redigi: I. quando non confitendo fidem, exterius subtraheretur honor Deo debitus: quatenus interrogatus de fide, taceret unde alii reputant, eum vel nullam vel veram fidem non habere. II. quando non confitendo fidem subtrahitur utilitas proximo, quæ esset illi impendenda. Cujuslibet n. virtatis actus censetur esse in præcepto, quando necessarius est ad finem charitatis erga Deum vel proximum. Hinc porro progrediuntur Casistæ & dicunt: Rogatum de fide à persona publica vel in judicio competente, si taceat, facere contra confessionem fidei: quia tunc redundat ingens honor Deo & fidei nostræ, qui tacendo subtrahitur. Rogatum autem de fide à privata persona, si taceat, vel eludat aliquâ ratione interrogantem, non facere contra præceptum de confessione fidei: quia quando fit interrogatio à persona privata, non censetur subtrahi honor Deo debitus, nec esse tempus tunc obligans ad confessionem. Interim sive rogato, sive non rogato, non licere negare veritatem confessionis sue: quia hoc esset contra præceptum negativum inclusum præcepto confessionis fidei. Ulterius Casistæ procedunt & notant, duplisper intelligi posse, ausi eti debitum honorem Deo, vel utilitatem proximo: 1. negative abstinendo à confessione fidei, ex qua redundaret honor Deo, vel utilitas proximo. 2. privative seu contrarie, abstinentia tunc à confessione, quando redundaret debitus honor Deo: Hinc aiunt, non videri fieri contra confessionem, quando aufertur honor Deo vel utilitas proximo negative tantum, alias confessio fidei semper esset in præcepto & obligaret ad semper, cum tamen sit præceptum affirmativum, quod non obligat ad semper; sicut etiam non obligant actus aliarum virtutum: Censeri tamen fieri contra confessionem fidei, quando aufertur honor Deo & utilitas proximo privative, seu contrarie: quia tunc vel tenetur homo facere confessionem fidei, quia privatur Deus honore sibi tunc debito, vel desistere ab in honorando Deo. Hoc accidit, cum sit contrarie contraconfessionem fidei: illud cum privative. Deniq; Casistæ ajunt: Secundo scandalo aliig-

Aa 2

to aliig-

lo aliorum Catholicorum vel periculo propriæ subversionis non videri ejusmodi aditionem & interventum esse peccatum, nec professionem fidei hæreticæ, si eò eatur ad hæreses notandū potius, quam ad profitendum eo actu hæreticam fidem. Confer pluribus Gregorium de Valentia. 2. 2. disp. 2. q. 3. p. 1. Thomam Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 3. p. 97. Vincent. Filiuc. cium Theol. moral. tract. 22. p. 37. cap. 3. Nihil ex omnibus istis casibus est, quod ad illos accommodari possit, quibus ante Lutherum compertum fuit, Papismo cum Evangelio esse pugnam.

§. 22.

2. Dicimus, de crassitudine ignorantiae non usq; adeò pronunciari posse. ilaterim verum est, in Ecclesia semper esse plurimos simplices, & ignorantes, quomodo assertiones Doctorum, cum elementis Christianæ religionis vel consentiant, vel pugnant. Si namq; fucus se res haberet, cur disputarur etiam in Schola pontificia, si in Ecclesia Novi Testamenti fides explicita Mediatoris Christi, veri Dei & hominis, qui suā morte humanum genus redemerit, est necessaria necessitate medii ad justificationem & salutem, qualis ergo debeat esse ea fides Christi explicita? Cur pleriq; ponunt, non esse necesse, quod sit omnium mysteriorum Christi, quæ in Ecclesia celebrantur, sed fantasie esse de Christi morte & resurrectione, quia per hæc nostra salus & redemptio consummatur. Item Christum esse Dei filium, verum Deum & hominem, & totius humani generis redemptorem. Id n. esse totius nostræ salutis fundamentum. Ut ex Thomâ Aquinate, Alessandro Alensi, Ludovico Molina, Gregorio de Valentia, Thoma Sanchez, & Dominico Bannes refert Filiuccius tract. 22. cap. 1. n. 24. 25. Cur Sotus, Vega, Corduba & alii à Filiuccio adducti audent existimare, fidem Christi & trinitatis explicitam non esse necessariam necessitate mediæ? Cur docetur, ex divino præcepto omnes debere credere saltem hæc quatuor, i. Deum esse. 2. Deum esse remuneratorem supernaturaliter cœlestis beatitudinis, & punitorem malorum. 3. Deum esse incarnatum & mortuum pro salute hominum. 4. Deum esse unum & trinum. Cur, quando dicitur, omnes fideles teneri ad credenda omnia contenta in symbolo, sufficere simplicibus censemur, si secundum substantiam, id est: secundum significationem generalem & simplicem vocum, quæ continentur in eo articulo, credant. Substantiam articuli Trinitatis in eo confi-

consistere; quod Deus sit Pater, Filius & Spiritus Sanctus; & hos non esse tres Deos, sed unum. Item substantiam articuli, quo credimus unam sanctam Ecclesiam &c. in eo consistere, quod nemo possit salvus esse extra congregationem hominum, qui profiterentur fidem Christi & religionem? Cur ulterius dicitur, nomine substantiae articulorum, quam tenentur fideles scire, intelligi id, quod simpliciter, et si confusè & generaliter significatur vocibus in articulo contentis? E. g. in articulo Trinitatis satis esse, si intelligatur, Patrem & filium & Sp. S. esse unum Deum, non plures Deos: non esse autem necesse, ut quisvis percipiat, unam essentiam esse in tribus personis. Sic & ad incarnationis Christi mysterium credendum sufficere, Christum esse filium Dei, verum Deum, verumque hominem, non opus esse autem, intelligere, esse unam personam & duplicem naturam, id enim multos etiam doctos non percipere? Quomodo traditur ulterius in doctrina morali à Filiuccio, qui anteriora omnia docet, ut opinionem communem, Rudes necessariò debere aliquos articulos fidei cognoscere explicitè, saltem secundum substantiam, ut Deum esse remuneratorem supernaturaliter: Deum filium esse incarnatum. *Esse Deum Trinum eo modo quo in ligno crucis exprimitur.* Si quis autem tam hebes & obtusus sit ingenio, ut non possit articulos omnes secundum substantiam capere, eum excusatum iri ratione impotencie, si tantum eredat illos implicitè. Hæc ignorantia aut de nullo unquam præsumi poterat, & sic frustra Casisti de illa operose & amplissime disquirunt, aut si aliquando in Ecclesia de aliquibus præsumi poterat, nulla ratio est, cur non etiam de simplicibus plusculis ante Lutherum præsumi possit. Nec appetet, quomodo qui ante Lutherum fuerunt in Ecclesia, omnes fuerint aquæ sapientes, ut sunt ipsi Pontificii. Ita autem ait Forerus: Ignorantia tam crassa in illis non potest præsumi, quia fuerunt aquæ sapientes ac nos. Intelligitne per nos Lojolæ Scholam? Difficilis puto circa hoc asseverandum futurus est Forerus, ut dicat, promiscuam multitudinem ante Lutherum fuisse aquæ sapientem ac est sapientissima Lojole Schola. An intelligit per nos promiscuum vulgus Pontificiorum? Quidigitur dubitat Forerus concedere, multos fuisse rudes ante Lutherum, cum de magna ruditate hodie in Papatu existentis multitudinis tantæ

Aa 3

fint

IN ARTICULOS

Sunt inter ipsos querelæ, tam scrupulose quæstiones, quæ, qualis, quæta ruditas, cum sufficiente ad salutem notitia consistere possit.

§. 23. Locus *i. Cor. 14. 38.* quo nititur Forerus, ad scopum præsentem *Loc. i. Cor.* non facit. Dicit Apostolus, ut citat Forerus; *Si quis ignorat, ignorabitur.* Auditurus videlicet, ut addit Forerus, cum reprobis, nesciatur. Non autem ita habetur in textu originali, sed ita: *εἰ τις ἀγνοεῖ,* *ἀγνοεῖτω.* *Si quis ignorat, ignoret.* Permissive, h. e., esto ignoret: quod perinde est ac si dicamus, si quis vult ignorare, hæc mandata Dei esse, me Prophetiam & revelationem habere, esto ignoret, non tamen id bonum ejus est, sed cœcitas & Spiritus S. carentia, quæ plerique, suo sensu inflati, dona ejus abnegantes, & habentibus resistentes, se sanctis charismatibus indignos efficiunt: ut loquitur Jacob. Faber Stapulens. *Comm. h.l.* Græcam lectionem exprimit etiam Syrus. Récenset hanc lectionem etiam Alf. Salmeron. *tom. 14. comm.* in *Nov. Test. disp. 22. p. 197.* ejusque sensum tradit: *Cum quis inter vos prædius est intelligentia, ut agnoscat ea, que dico, à Spiritu Dei proficiisci, hæc nostra obseruet: qui vero ignorans est, ignorans esto; id est, hanc suam agnoscat ignorantiam, & non turbet Ecclesiam, sed peritiorum judicio acquiescat:* *Vel si quis ignorat, gerat se ad modum ignorantis, ne se intromittat, ubi non est necesse, ut judicet scilicet, quæ nesciat, sed sequatur alios, qui sunt velut Principes ac duces talium, qui in simplicitate sua quieti permanent.* Ita Benedictus Justinianus, Cornelius à Lapide, Guil. Estius & alii. Hac interpretatione stante, nihil hic locus ad institutum Foreri pertinet. Hieronymus in *Comment. h. l.* Augustinus *Tom. 9. tract. 98. in Johann. &c.* sequuntur lectionem, quam Forerus amat. Ita autem interpretatur etiam stam Salmeron, ut nihil ad institutam Foreri proficiat. Paraphrasis Salmeroniana hæc est: *Quod si ignoratione laboret aliquis, cum sit erassa & supina, non excusat, cum rinci possit.* Solidam profectò voluit Apostolus esse scientiam spiritualem ubi non sola fides accommodaretur, sed certa cognitio teneretur: atque hoc illæ ipsa credebant, quæ spirituales insuper agnoscabant. Ignorabitur autem, ait Apostolus, quia nondum ei revelatum est, ut quod credit, sciatur. Quid hæc ad simplices, retinentes fundamentum fidei, nec ratiocinantes circa introductos per Papatum erro-

ABUSUUM DISP. VI.

191

errores? Provocat S. Paulus ad auditores suos. Inter eos fuerunt, qui putabant, se Prophetas esse, & planè Spirituales. Hos monet, ut magno studio cognoscant, quæ scribit Apostolus, quoniam sunt mera Domini JESU mandata. Si autem quis ignoret, vel cognoscere nolit scilicet τὰς τὴς κυρίους ἐντολὰς mandata Domini, quicquid sit de suavi illo delirio, quo se putat esse dono Propheticō illustrem & omnino spiritualem, illum tamen Apostolus valde culpabilem & in somno periculo loquaciter censet. Atque hoc etiam Augustinus op. 102. ad Evodium Episcopum statuit.

Comminatio Christi Luc. 9. 26. ad hunc casum, de quo nobis sermo est, non pertinet. Ita se habet. Quem puderit mei & meorum sermonum, ejus pudebit filium hominis, quando venerit cum gloria sua & Patri, sanctorumq. Angelorum. S. Matth. 10. 32. 33. expressius: Quis quis agnoscet me coram hominibus, agnoscet & ego eum coram Patre meo qui est in celo. Et Marc. 8. 38. Quemcunque puderit mei ac meorum sermonum ingente, illa adultera & peccatrice, filium etiam hominis pudebit ejus, quando venerit in gloria patris sui cum angelis illis sanctis. In his verbis Christi subjectum sunt, ut Lucas habet, qui pudore quorundam & rubore absterrentur a confessione Christi ejusque Evangelii. Marcus expressius illos designat, quod scilicet sunt homines ex gente adultera & peccatrice Judæorum, qui agniti amit veritatem inceptissimo pudore profiteri erubescunt. Matthæus vocat abnegantes Christum coram hominibus. Non ergo sunt tales, quales nos fuimus illos simplices plurimos sub Papatu dicimus. Sic & illa septem millia, quæ tempore grassantis in regno Israelis Baalismi supererant, licet Eliae incognita fuerint, fuerunt tamen verae fidei dono instructa & membra cœlestis societas viva & quantivis publicè non eruperint ad contradicendum Baalismo. Idem factum est tempore Christianismi in gravissimis persecutionibus existuantis. Rectissime Didacus Stella in Lucæ h. l. p. 437. ita explicat: Non solum quicunque non crediderit, sed qui erubuerit me, h. e. qui erubuerit confiteri fidem meam, laudem meam, doctrinam meam & hujusmodi. Est enim de necessitate salutis confessio exterior, quam amittit erubescens confiteri.

§. 24.

Locus Luca

9. 26. expen-

ditur.

In-

tellige

192 IN ARTICULOS ABUSUM DISP. VI.

tellige concurrentibus debitis circumstantius; quia est præceptum affirmativum. Erubescere tamen Christum ex suo genere mortale peccatum est: posset tu propter imperfectionem actus esse veniale, sicut in qualibet transgressione præcepti. Verum multi sunt & nunc, qui erubescunt Christiani esse. Verè non desunt Nicodemi, qui minimè audent confiteri publicè Christum, quapropter venit ad eum nocte. Et sunt quos pudet pietas, & erubescunt esse pauperes Christi humiles, & ministrare pauperibus & infirmis. Ita & Cornel. à Lap. ad Luc. 9. pag. 117. verba Christi *Ἄρτον Φεγίζει*. Qui me erubuerit, ut pudore aut metu, Regum, Principum, Tyrannorum, vel parentum & amicorum meam fidem neget, vel me confiteri non audeat, aut mens legibus obediens, vereatur, quasi eum pudeat humilitatis, crucis & crucifixi Christi, hunc riciissim Christus erubescet, id est, quasi vilem negliget & despiciet Christus, cum venerit in maiestate & gloria sua &c. Sic oves Christi Job. 10. 8. alienum, quæ alienus est, non audiunt, sed ubi corrupta est Ecclesia peregrinis dogmatibus, ita divina providentia gubernantur, ut quæ Christi sunt accipiunt, spretis additamentis & rejectis. Nec illi simplices plurimi, quos ita sub Papismo fuisse dicimus ante Lutherum, sicut sub Baalismo fuerunt septem millia non contaminatorum, S. Prophetæ Eliæ incognitorum, consenserunt & communicarunt idolis, quod 2. Cor. 6. 16. veratur. Unde male à Forero adducitur. Sicut & 1. Cor. 10. 14, ubi fuga ab idolorum cultura spiritualis præcipitur, quam simplices illi præstiterunt, non localis.



I.

Hæreticus integrum & incorruptam proferendo Scripturam sacram, verum & indubitate Dei verbum ac vocem profert. Pro veritate hujus positionis loquuntur. I. Dicta illa Scripturæ, Rom. 3. v. 3. Matt. 23. v. 2. &c. 3. II. Natura Sacramentorum, præprimis Circumcisioñis & Baptismi, verbum divinum institutionis scilicet & promissionis quam arctissime includens, ita quidem, ut, si quis tollere velit ab his verbis, ipsum quoq; tollat Sacramentum, necesse habeat. III. Exempla Sadduceorum, in universum Judæorum, imo ipsius Diaboli. Isi tanquam perversi homines Scripturam Moses proferebant comprehendentem in se verbum verè divinum ex Deut. 25. v. 5. Conferatur cum hoc loco Matth. cap. 22. v. 29. Illi, Hæretorum itidem more ac modo, allegabant olim & adhuc allegant Scripturam pro verbo verè divino in se & sua natura considerato, id quod patet ex Codice illorum V. T. Hebreo, quem habent, citant, & est verum verbum divinum. Fiat ad illos applicatio ex effato Salvatoris nostri Joh. 5. v. 39. *Hic non sua, sed Dei & Sacrae Scriptura verba expressissimè citat, Matth. 4. v. 6. licet mutile, licet diminutive &c. & hactenus non integre, nec incorrupte.* Unde qui liber de facili conclusionem pro hac sententia vel proprio instinctu elicit.

II.

Filiū Christianorum, sive in utero matrum adhuc conclusi, sive in lucem editi, natura quidem sunt filii iræ; exinde autem, quia sunt filii iræ, non statim sunt filii Belial & Diaboli. Sola namq; conceptio & nativitas in peccato originali non sufficit, ut ejusmodi infans dicatur filius Diaboli & pro tali verè habeatur; sed necesse est, ut insuper accedat studium malitiosè peccandi & opera carnis patrandi, quæ de ejusmodi infantibus dici non possunt. Addo & illud, quod neque Christianorum liberi, nati filii iræ, sint simul nati & vocandi Gentiles sive Etnici. Ignorantia & incuria plena est vox illorum Parentum, Patrinos Matrinasque hoc modo, hac formula invitantium: *DEUS nobis dedit Etnicum, petimus igitur, ut adjuvetis illum fieri Christianum.* Licer enim ejusmodi infantes non sint illico nati Christiani, id est, per fidem Christo inserti & membra Christi, sunt tamen nati

nati in Christianismo, & non in Ethnicismo, multo minus Ethnici, habentq; ex ea felicitate, quia nati sunt in gremio Ecclesiaz, *jus ad rem*, licet nondum *ius in re*, à potiori siquidem fieri debet denominatio, quemadmodum ipse etiam Paulus de se testatur, *se esse natura Iudaum*, hoc est, *in Judaismo natum & educatum*, Gal. 2. v. 15.

III.

Ira quando de Deo prædicatur in divinæ suæ justitiae erga malos administratione seria, & imperio pœnas designante, non statim est colligendum, illam propriè & affectivè, sed metaphorice & effectivè de DEO prædicatori debere. Plurā has de re legendi cupidus consulat Magnif. Dn. Præf. in Theol. Zach. disp. 4. part. 2. pag. 167. & 168.

IV.

Christus nunquam pro se ipso tantum oravit, sed quando oravit, semper nostram utilitatem, nostrum commodum quæsivit.



IN studiis, SEHLMANNE, sacrī animosus
& acer

Progrederis; semper doctior esse cupis;
Doctrinam pietas illustrat & integra virtus.

Histe præsidiis clara cathedra capit.

Angulus hic aut ille alios capit. Optima laus est

Luce capi solitā, luce capi solidā,

amoris mnemosynon

scrib.

Joh. Georg. Dorscheus, D.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740015508/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740015508/phys_0039)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740015508/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740015508/phys_0040)



ABUSUUM DISP
errores? Provocat S. Paulus ad auditore
qui putabant se Prophetas esse, & planè
ut magno studio cognoscant, quæ scrib
miera Domini JESU mandata. Si autem
scere nolit scilicet *ταῦτα καὶ τολάσ*
sit de suavi illo delirio, quo se putat esse
& omnino spiritualem, illum tamen Apo
in somno periculoso haerentem censet. At
ep. 102. ad Evodium Episcopum statuit.

Comminatio Christi Luc. 9. 26. ad
sermo est, non pertinet. Ita se habet. Quia
sermonum, ejus pudebit filium hominis, quam
Patris, sanctorumq. Angelorum. S. Matth.
quis agnoscet me coram hominibus, agnoscam
qui est in celis. Et Marc. 8. 38. Quemcum
sermonum ingente, illa adultera & peccati
debit ejus; quando venerit in gloria patris sui
his verbis Christi subjectum sunt; ut Lu
rundam & rubore absterrentur a confessi
geli. Marcus expressius illos designat, &
gentile adultera & peccatrice Judæorum,
eptissimo pudore profiteri erubescunt
ies Christum coram hominibus. Non ergo
illos simplices plurimos sub Papatu dici
millia, quæ tempore grassantis in regno Is
licet Eliæ incognita fuerint, fuerunt tame
& membra cœlestis societas viva & qui
tini ad contradicendum Baalismo. Ie
Christianismi in gravissimis persecutionib.
Didacus Stella in Luce h. l. p. 437. ita expl
non crediderit, sed qui erubuerit me, h. e.
meam, laudem meam, doctrinam meam &
confiteat salutis confessio exterior, quam ami

191
eos fuerunt.
Hos monet,
quoniam sint
, vel cognos
ni, quicquid
co illustrem
alpabilem &
Augustinus

§. 24.
Locus loca
9. 26. expen
dirur.

e quo nobis
i & meorum
gloria sua &
filius: Quis-
um Patre meo
i ac meorum
a hominibus pu
sandis. In
udore quo-
usque Evan
it homines ex
eritatem in
cat abnegan
es nos fuisse
illa septem
supererant,
no instructa
non etupe
st tempore
Rectissime
n quicunque
profiteri fidem
Enim de ne
conficeri. In
tellige




Image Engineering Scan Reference Chart TE83 Serial No. 091A